

In Christi nomine. Dum in dei nomine in civitate Tarvisii, in sala archidiaconi ipsius civitatis sub porticu resideret domnus
Enricus Romanorum Imperator augustus imperator ad iustitiam faciendam ac deliberandam, adessent cum eo domnus Enricus dux necnon Tridenti-
nus episcopus et comes Albertus Veronensis. Warnerius iudex. Azo Ferrarie iudex. [illegible] Lecanus iudex. Ricardus iudex. Engelfredus
Ardericus iuris causidicus. Wecelo Arduinus palude et alii et reliqui plures. Ibique in eorum presentia veniens domnus Falcerius abbas sancte
Trinitatis et sancti Michaelis archangeli de loco Brundolo qui est videlicet infra regnum Venetie rogavit domnum imperatorem ut propter dei am-
orem [illegible] suorumque parentum mercede bannum imponeret super illum et super iamdictum monasterium et in cunctis bonis predicti monasterii tam mobilibus quam
immobilibus casis terris salinis seu famulis tam quod nunc habet aut in antea habiturus est. Cumque ita mercede postulasset illico predictus imperator con-
[illegible] qui ibi aderant [illegible] quem in manu sua tenebat bannum imposuit super iamdictum domnum Falcerium abbatem et super iamdicto monaste-
rio et in cunctis rebus eius seu illis nominatis quorum hic subter leguntur. In comitatu Pataviensi et curte que dicitur Brundolo cum capellis et cum omnibus suis
pertinentiis et casis silvis terris cum paludibus et aquis piscationibus et omnibus rebus que iacent infra fines montegipero et in galregnario et in roudolone
et in agna et in vico Cerboni et in Montesilice et in tribano et in angularia et in cona et in comitatu [illegible] infra fines saccisica in villa capudvico
in arosaria in melaria in margere et [illegible] canni et figulani et [illegible] fluminis Sile loco ubi dicitur turris et [illegible] porte [illegible] terris et
de castro qui dicitur Cendone et in comitatu [illegible] comitatu suo et in monasterio sancti [illegible] et [illegible] aliis locis ubicumque sunt in
[illegible] de rebus iamdicti monasterii tam quod nunc habet aut in antea de proprio iuste adquirere potuerit ut laborare in pena librarum auri centum. Ut nullus
[illegible] liber homo neque comes neque episcopus neque vicecomes neque gastaldius neque decanus audeat iamdictum domnum abbatem et monasterium et homines ipsius
monasterii vel res suas molestare aut causare vel disvestire sine legali iudicio. Qui vero hoc bannum fregerit sciat se compositurum predictas
libras auri centum medietatem camere domni imperatoris et medietatem in predicto monasterio et in abbate et suis successoribus aut pars ipsius monast(erii).
Et noticia facta est propter securitatem ipsius monasterii et iamdicti domni abbatis suisque rebus. Factum est hoc anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi Mill-
esimo octavodecimo primo die mensis aug. indictione undecima.
Ego Albericus iuris causidicus et notarius ex iussione domni imperatoris et amonicione iudicum scripsi.

Hoc signum fecit domnus Enricus imperator suis manibus.

Ego Wernerius iudex ss.
Ego [illegible] iudex ss.
Ego Azo iudex ss.
Ego Ricardus iudex interfui.
Ego Engelfredus causidicus interfui.

TREVISO, 1 Agosto 1118: Placito dell'Imperatore Enrico IV in favore dell'Abate di Brondolo, con sottoscrizione di Irnerio (S. Spirito, b. 3)